



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-260719-p0001-9

DFG



E. 25. num. 28.

DISQVISITIO JURIDICA

DE  
MUTUO  
**CONJUGUM CONCURSU**  
**AD SOLVENDUM ÆS ALIENUM**  
**AB ALTERUTRO ANTE NUPTIAS**  
**CONFLATUM.**

*Ad illuſtr. Art. VII. Tit. V. L. I. Statut. Lubecens.*

QVAM  
ADJUVANTE DEO  
CONSENTIENTE MAGNIF. JCTORUM ORDINE  
DIE AUGUST. A. MDCCXLII.  
PUBLICÉ VENTILANDAM PROPONUNT

P R A E S E S  
**D. JOH. BRANDAN. ENGELBRECHT,**  
REGII DICASTER. POMER. ADVOCAT.  
ET  
RESPONDENS  
**GEORG. CHRISTOPH. MAYER,**  
GRYPHISW. POMER.

GRYPHISWALDIAE  
TYPIS HIERONYMI JOHANNIS STRUCKII  
REGIÆ AGAD. TYPOGR.



REGIÆ ACADEMIÆ GRYPHICÆ  
MAGNIFICO DOMINO RECTORI

ITEMQUE

MAGNIFICO  
DOMINO PRO-CANCELLARIO,

NEC NON

SINGULARUM VENERANDI CONCILII FACULTATUM  
SPECTATISSIMIS GRAVISSIMISQVE

DOMINIS DECANIS, SENIORIBUS  
ET ASSESSORIBUS,

*Summe Reverendis, Jurisconsultissimis, Prænobilissimis,  
Experientissimis, Amplissimis, Excellentissimis,*

PATRONIS SUIS,  
STUDIORUM ÆQVE AC FELICITATIS SUÆ  
PROMOTORIBUS, STATORIBUS,

OMNI OBSEQVII, OBSERVANTIAE AC HONORIS CULTU  
NUNQVAM NON PROSEQVENDIS, SUSPICIENDIS.

PRÆSENS QVALECUNQE OPUSCULUM  
IN ALIQVALE ADDICTISSIMI ANIMI MONUMENTUM  
FAVENTISSIMAMQVE SVI MEMORIAM

SACRUM ESSE CUPIT

TANTORUM NOMINUM

Cultor observantiss. devinctissimus

D. J. B. ENGELBRECHT.

VIRO  
EXCELLENTISSIMO, CONSULTISSIMO,  
ATQUE AMPLISSIMO  
DOMINO  
AVGVSTINO BALTHASARI,  
J.V. DOCTORI AC PROFESSORI REGIO ORDIN.  
LONGE CELEBERRIMO,  
AMPLISSIMAE FACULTATIS JVRIDICAE h.t. DECANO  
SPECTATISSIMO,  
*REGIAE QVE SOCIETATIS TEUTONICAE*  
DIRECTORI GRAVISSIMO,  
DOMINO AVNCVLO SVO,  
STUDIORVMQVE MODERATORI,  
OMNI PIETATIS, AMORIS AC REVERENTIAE CVLTV  
IMPENSISSIME SVSPICIENDO PROSECVENDO,  
STUDIORVM SVORVM PRIMITIAS  
DICARE,  
IN SIMVLQVE  
GRATAE MENTIS AC DEBITAE OBSERVANTIAE MONVMNTVM  
HVMILLIME ERIGERE VOLVIT DEBVITQVE

G. C. MAYER,  
LL. STVD.



VIR EXCELLENTISSIME,  
CONSULTISSIME, AMPLISSIME,  
AVNCVLE MAXIMOPERE COLENDE,

**N**on longe profecto mihi petenda aut anxie demum  
conquirenda est ratio, quæ, quo academicum  
hocce specimen TVO dicarem nomini, me non tam  
commovit, quam potius impulit. Ea siquidem mul-  
tiplicis generis eximia tua largiter in me collata be-  
neficia, fidelissimaque institutio, exposcunt, ut quo-  
cunque tempore, quavis item occasione, mean in TE  
pietatem declarare, gratumque animum publice testa-  
tum reddere studeam. Omnium proinde effem ingra-  
tissimus, nisi, VIR EXCELLENTISSIME, hac  
occasione primum e sparsò institutionis Tuæ semine  
enatum studiorum meorum academicorum fructum  
**TIBI** offerendo tradendoque, illas officii mei partes  
qualitercunque explere contenderem. Accipias itaque,  
quod

quod enixe rogo, serena & explicata fronte basce paginas, tanquam leve quidem, sincerè tamen grati animi debitæque observantie documentum, idque cum votis, quæ subjungo, calidissimis, benevolo adspicias vultu. Largiatur TIBI optimus rerum humanarum moderator vires, & arduo muneri TVO, & insultibus malevolorum fortiter reprimendis æquales; Servet TE in seros usque annos salvum atque incolumem, in universæ rei litterariæ emolumentum, TVISque consiliis, publicam hujus mytarum sedis utilitatem respicien- tibus benedicat, omnique & felicitatis & prosperitatris genere clementissime TE cumulet beatque, quo mihi paterno TVO in me affectu quam diutissime perfrui liceat felicissime. Ego vero non nisi deficiente spiritu, qui hosce meos regit artus, intermittam, quin filiali pietate, obsequio atque reverentia, TE prosequar atque devenerer. Scrib. Gryphisw. die 8. Augusti

1741.

DIS.



DISSERTAT.  
DE

*Concursu Conjugum reciproco ad solven-  
dum & alienum ab alterutro ante nuptias  
conflatum.*

§. I.

**D**ari universalem quandam atque omnimodam inter conjuges e Lubevensium Statutorum principiis communione, vi cuius omnia omnino bona, sive statim collata, sive post contractas nuptias demum acquisita, imo & hæreditaria, adeo inter Conjuges sunt communia, eadem ut durante matrimonio tanquam unum aliquod & indivisum patrimonium æquali utriusque conjugis juri in solidum sint obnoxia, soluto autem matrimonii vinculo bona censeantur utrique pro diviso communia, nisi vel lege vel pacto unum alterumve ab hac exceptum sit societate; argumentis sat gravibus dudum evictum dederunt magni nominis JCTi (a) quorum rationibus, quibus sententiam suam iverunt stabilitam, quicquam, quod adjiciam

Est inter  
conjuges Lu-  
becenses uni-  
versalis bo-  
norum com-  
munio.

A 2

ciam

(a) GOTHMANN. Vol. I. & II.  
Resp. passim, MEVIUS ad Jus  
Lubec. P. I. T. 5. art. 7. & pass.  
COCEJUS in Dic. de success.  
Lubecensi. VOOGT & ZERAN  
in Differt. de commun. bonor. int.

Conjug. III. BÖHMER. in D. de  
comm. artis al. int. conjug. Ham-  
burg. & Consult. Dn. D. STEIN  
in der Abhandlung des Lübschen  
Rechts pag. 150. seqq. aliisque.

#### IV DE CONCVRSV CONJVG. AD SOLV. AES ALIEN.

ciam, ne quidem spicilegii loco reliatum mihi esse sentio. Ut inde nullus dubitem, quin veritatem tot firmis suffultam rationibus loco principii tuto hic supponere liceat.

#### §. II.

*Cujus effe-  
ctus circa so-  
lutionem  
æris alieni  
communio-  
nis indelem  
investigare  
svadent.*

Varias propterea hancce bonorum communionem effectus producere, & intuitu ipsorum conjugum, quos conjugalis haecce junxit societas bonorum, & respectu etiam aliorum, qui nexui istius communionis sunt implicati, quo se alio tangit vinculo; dispositiones hinc inde in Lubecensi Nomothesia obviae comprobant, nec ignotum esse potest iis, qui has eae conclusiones ex indole communionis sive societas iustis quidem ratiociniis derivare norunt. Quarum in numerum cum etiam praesens dissertationis thema referam, haud credo supervacaneum fore, si aliqualem in evolvenda genuina communionis indole operam militumam.

#### §. III.

*Communio-  
nis ratio est  
in societate.*

Absque ullo interim ratiocinationis negotio facile patet, communionem semper presupponere fontem quendam ex quo descendat, quem in aliqua constitutur societate, qua personas adeo arcto conjugat vinculo, idem ut etiam utriusque bona sub se comprehendat redditque invicem communia, ut inde non possit non peculiaris hominum status promanare, in quo pluribus aliiquid ex aequo & indiviso competit, qui communionis bonorum

*Cuius varie-  
tates species,* nomine insigniri solet. Res omnis vero vel ad dispositionem legis specialem, vel ad consensum reddit eorum, quibus hunc statutum recipere suisque rebus inducere placet, quod cum contingat, consensu diversimode declarato, non potuit non diversa inde ex surgere societatum apud Romanos distinctione, quia vel ex contractu vel quasi contractu easdem derivarunt, prout vel consensu a personis contrahebentibus declarato sunt initæ, vel ex presumto a legibus consensu quædam, in quam incident, rerum statuitur communio atque societas. Imo in varias societas abit species, quatenus intuitu bonorum vel negotiorum absolute & universaliter est

est contracta, vel ad certa saltem aut bona aut negotia in specie restringita. Ad primam utriusque generis classem spectat universalis illa omnium omnino bonorum societas, quæ rerum quarumcunque inter pacientes omnimodam inducit communionem (a). Cujus indoles atque effectus e juris Romani principiis in eo potissimum sepe exerunt, ut 1] statim a tempore initæ societatis omnia, etiam absque vera & speciali traditione, sociis plenissime reddantur communia; (b) indeque 2] in hanc societatem bona conferenda sint omnia, (c) 3] sicut & quæ a sociis erogantur, communes sint impenitæ, utrinque imputandæ, (d) atque ob plenissimum jus communionis 4] neuter alteri ad rationes reddendas obstrictus sit; quibus & hoc addunt, 5] ut per renunciationem societas disfolvi queat. (e) Hujusmodi ergo universalis omnium bonorum societas plenissimam bonorum inducit communionem, iis, quæ recensui, juribus slipatam atque effectibus, quorum tamen in applicatione ad alias societatum species, in primis vero eam, quæ conjugatas intercedit personas, quandoque sunt plures magis speciales, non tam ex ipsa communionis indole derivandi, quam potius peculiari legum sanctioni adscribendæ. Quemadmodum & eandem viam convetudini atque judiciali observantia, sive usuali tribuendam existimo interpretatione, ut in nonnullis vel restrinquentur vel extendantur etiam effectus universalis istiusmodi societatis, pro variis rerum obvenientibus circumstantiis aliam atque aliarn postulantibus æquitatis rationem. Quanquam tamen facile consentiam iis, qui arbitrium <sup>hinc non habent</sup> rationabile, nec eosque hanc extendi volunt licentian, ut substantialis communionis bonorum indoles plane alteretur atque evertatur. (f)

Quare pri-  
maria est  
Universalis  
omnium bo-  
norum so-  
cietas.  
Cujus indo-  
les ex jure  
Romano tra-  
ditur.

## A 3

## §. IV.

- |  |  |
|--|--|
| (a) I. 3, §. 1, ff. pro Socio &c.              | (d) I. 73, ff. eod.                          |
| (b) I. 1, in f. I. 2, &c. §. 1, ff. pro Socio. | (e) I. 4, §. 1, ff. & I. 5, C. eod.          |
| (c) I. 3, §. 1, & I. 52, §. 16, ff. eod.       | (f) Consult, Dn. D. STEIN c. I.<br>pag. 167. |

VI DE CONCURSU CONJUG. AD SOLV. AS ALIEN.

§. IV.

An conjugationis bonorum communio societati universalis omnium bonorum respondet.

Inquirere nunc juvabit, an arctissimus ille nexus, qui communionem bonorum inter conjuges constituit, ita sit comparatus, ut indoli societatis bonorum universalis respondeat, iisdemque gaudet effectibus. Existentiam isticusmodi communionis quallem sypho I. descripsit, ex ratione ibidem adducta evincere superfedeo, quod applicationem saltem quasi per indicem ostendam, in quibus cum Romana societate conjugalis bonorum societas conveniat. Nec tamen anxie de genuino universalis istius societatis criterio generali, quo ab aliis & generalis & particularis itemque ejus, quae inter quasi-contractus refertur, societatum speciebus differt, follicitus ero, cum vel ex primis Juris Civilis principiis constet, priorem esse contractum quendam consensualem, adeoque rem omnem ad consensum pacientium redire, atque sic ex conventione ad res invicem communicandas determinata omne hic negotium pendere, suam formam originarie recipere. E contra vero societas bonorum conjugalis non tam expressum contrahentium consensum ad communionem bonorum directum supponit, quam potius ipso jure s. ex dispositione legis inter eos inducitur, qui, dum connubiali corporum animorumque societati seneat addicunt, eo ipso etiam in reciprocam bonorum communionem tanquam effectum matrimonio in specie attributum incident. (a) Hac vero formam suam atque proprietas in legibus atque per confuetudinem ita recepit determinata, ut in hilce cuiuscumque non primario respiciatur ad id, quod mutua confessione inter contrahentes pactum, sed id potissimum spectetur, quid requirant leges, quidve earum ratione conveniat. Quanquam ergo utraque societatis species ratione principi atque modi constituendi ab invicem dici possit, diversa (b), hoc ipsum tamen vix impedimento erit, quo minus quoad indolem utriusque specificam utraque convenire queat. Quod num ita se habeat, ex indole atque effectibus cuilibet propriis suam recipit men-

(a) BÖHMER s. Diff. S. 16.

(b) Et quidem non sine effectu,  
vid. BÖHM, s. Diff. S. 16.

mensuram. Fiat itaque eorum, quæ ex juris Romani doctrina In quibus in-  
pho præced. tetigi, ad Lubecensem bonorum communionem vicem con-  
applicatio, & constabit, i] etiam in hac statim a tempore initæ  
societatis bona conjugum omnia etiam absque prævia speciali  
traditione inter conjuges socios communicari, ita ut per ipsum  
connubium statim iplo jure universalis quandam omnium bo-  
norum suorum, utut realiter non illatorum, ingrediantur socie-  
tatem atque communionem (c) adeoque 2] regulariter in censum  
atque computum hujus communionis bona utrinque conjugis  
veniant omnia, licet revera & actualiter in ipsum communionis  
exercitium invicem non fuerint collata atque congesta. (d) Con-  
stabit 3] commune onus incumbere bonis conjugum communioni  
obnoxii, ita, ut non solum sumtibus in conjugali societate ero-  
gandis ferendisque matrimonii oneribus inferviant, sed & ex utri-  
usque bonis, in unum quasi corpus conflatis, ex alienum ab alter-  
utro contractum solvi omnino debeat, qua de re infra pluribus  
crit agendum. Imo vero adeo arctissimum est connubiale vin-  
culum, ut 4] conjugem conjugi durante matrimonio ad rationum  
redditionem adstringere velle, plenissimi condomini indoli plane  
foret adversum; quemadmodum & 5] quæ circa renunciations  
societatum obtinent jura, suam in hac nostra admittunt applica-  
tionem. (e)

## §. V.

In his igitur, quæ per transenam tantum & extremo quasi  
digito attingere placuit, cum inter universalis omnium bonorum  
societatem

Nihilotantis  
e regulis so-  
cietas Rom.  
non est diju-  
dicanda.

[c] Quam sententiam, tanguam in-  
doli universalis bonorum com-  
munionis & analogiae juris Lube-  
censis maxime congruam, ad-  
versus dissentientes, argumentis  
& numero & momento gravissi-  
mis propugnavit Magnific. atque  
Excell. Dn. Direct. NETTEL-  
BLADT in *Diss. de portione Con-  
jug. statut. Lubec.* C. V. Seit. I.

§. sqq. ubi & SCHLÆVIANUM  
hanc in rem prostat. *Refl. sum*  
lestu dignissimum add. Consult.  
Dn. Dr. STEIN all. I. §. 116. sq.

[d] Ut ne quidem bona excludan-  
tur hereditaria, singularibus alio-  
quin juribus munita; conf. Dn.  
STEIN all. I. §. 125. sqq.

[e] Conf. Dn. STEIN, all. I. §. 136.

## VIII DE CONCURSU CONJUG. AD SOLV. A&S ALIEN.

societatem, juxta Romanæ jurisprudentiæ placita consideratam, eamque, quæ ex universali pene Germaniæ consuetudine inter Conjuges recepta variisque juribus statutariis stabilita est, omnimodam bonorum communionem, haud minima deprehendatur convenientia, JCTorum plurimi hanc amplexi sunt sententiam, conjugalem bonorum communionem genuinam veræ societatis universalis speciem, quin exemplum fere unicum (a), indeque hujus indolem atque principia isti accommodanda & ceu istius fundatum ad eandem applicanda, omnesque, quæ circa eam oriuntur, controversias e regulis societatis dijudicandas esse. (b) Verum enimvero dudum perspexerunt alii, nimis largiter juri Romano hicce litari, nimiumque peregrini juris amoris indulgeri.

**Communio** Conclamata nimirum veritas est fide dignis monumentis consequidem non probata, eam, quæ inter conjugalis thori socios obtinet, bonorum itra institu communione non deimum introducto in Germaniam peregrino tum est juris Romanorum jure suas accepisse natales, sed a multis inde teculis Germanici, primisque temporibus in universa fere Germania, dispari quamvis indeque ex hujus etiam modo, viguisse ac, pro parte vel ex ipsa jam maritali in res uxoris principiis de rias potestate legitimaque tutela aliisque e fontibus derivandam, terminanda, vigorem suum inde usque conservasse, eadem ut etiam legibus publicis atque civitatum, quibus domestico juri ob irrepentia exotica Latii jura dicam scribere haud placuit, Statutis ulterius firmata, stabilita, certisque limitibus circumscripta fuerit ac curatus successu temporis determinata. Ipsum itaque institutum cum non sit peregrinum atque mutuatitium, sed domesticum ex domesticis

[a] Sicuti præ aliis contendit Celler. Dn. LEYSER in *Meditat. ad ff. Spec. 184. num. 7. ej Spec. 301. med. 7.* & ante eum HUBERUS in *Praelect. ad ff. Tit. Pro Socio.*  
[b] Quam sententiam præter HUBERUM & LEYSERUM inter alios non paucos fovent KLEIBERT in *Diss. Giess. de primar. commun. honor. conjug. effectibus,*

§. 12. (qui tamen in sequentibus priorem sententiam limitat atque corrigit) & LAUTERBACH in *D. de societate honor. conjug. C. I. it. VOIGT in D. de Kilon. de commun. honor. inter conjug. pag. 19. (quibus ad societatem generali in specie sic dictam nostram connubialem referre lubuit) aliquie.*

inesticis principiis introductum, juribusque domesticis amplius determinatum, sequitur inde ex lana interpretationis dictamine, nullam nobis causam sufficientem atque rationem suffpetere, quare in materia domestica domestici deferendi sint fontes, ac, genuinis pretermis principiis, peregrina gentis ex institutis atque legibus nostris institutorum juriumque interpretandorum hauriendi sint fontes. Nulla siquidem penes me refidet dubitatio, quin & ea bonorum conjugalium communio, quam & probarunt & effor- marunt Lubecensia Statuta, eadem ipsa sit, quæ primos in Germania sortita natales, ad posteros successu temporis propagata, in hodiernum usque diem obtinet vigetque, nullis Romani juris ac- cessionibus indigens. Imo vero viderentur mihi in evolvendis excutiendisque juris Romani traditis negligentiores, qui ex hisce coniubialem bonorum societatem, qualis apud nos audit, deri- vare (c), eamque per receptionem juris Rom. etiam eo ipso in Germaniam inductam, indeque in explicandis communionis juris ad Romani juris dogmata ceu fontem quandam recurrentum esse, sibi aliisque persuadere non satis consideratum inirent consilium. Frustra enim ipsum conjugalis communionis negotium in exotico hoc jure querunt, frustanea igitur promiscua juris Romani erit applicatio ad institutum Germanorum, Romanarum legum Auctoribus incognitum. (d) Duidum enim procul abesse malui, quam, cæco veneranda antiquitatis obsequio, absque ulla jurium negotiorumque distinctione, obtorto quasi collo ad Inter- pretis officium rapere disteria atque brocardica multo studio quo- dam conglomerata, despoticò quodam imperii genere quæ exi- gunt, ut statuta Germanorum ex legibus Romanis explicanda, declaranda, amplianda atque restrainingenda sint; & quæ innumerā

B

alia

[c] vid. STRYK. *Uf. Mod ff. Tit.*  
de Ritu nupt. S. 92. sqq. & MEV.  
ad *Jus Lub.* L. I. T. V. art. 5.  
num. 5.

[d] Conf. Consult. Dn. Doct. J. L.  
STEIN in *Dissert. inang.* An. 5.

quæ juri Rom. competit præ-  
gariva præ juve Germ. §. 56. &  
Jll. Da. Cancell. a WESTPHAL  
in Medit. de disjuncta juri Rom.  
& Germ. Tractat. it. Jll. Dn. HEI-  
NECC. *Jur. Germ. Proem.* §. 13.

## X DE CONCURSU CONJUG. AD SOLV. AES ALIEN.

alia sunt ejus farinæ commenta, anilibus inagis flosculis, quam genuinis hermenevtice legalis principijs simillima; quorum nonnulla quidem, modo in fauor accipientur significatione, utilem quandoque præstant operam atque applicationem admittunt, plurima vero vel crude atque finifere satis concepta, vel ex erroneis propullularunt præconceptis opinonibus, vel afylum ignorantie præbent iis, quibus, e Romanæ jurisprudentie circulo in Germanicarum Rerumpublicarum fines pedem promovere, aut nimis laboriosum aut inutile videtur. Rectum potius tramitem sequitur, in id incumbit interpres, ut si qua Germanorum statuta ex variorum jurium fontibus novit enata, cunctas dispositiones, quæ diversos agnoscunt fontes, probe ab invicem fecernat, cuncta e propriis suis principiis originariis, e quibus quelibet promanavit dispositio, deducat atque explicet, ad cujuslibet simul Reipublicae peculiarem statutum ac proprias rationes respiciat, nec contra statutorum rationes & statuentium intentionem et peregrini demum juris mixtura interpretandi media petat. Quæ vestigia si premantur in hac de effectibus communione bonorum materia, e jure Lubecensi desumpta, facile quilibet concedet, illam ceu talem, quæ non e jure Romano emanavit, sed consuetudinem atque instituta Germanorum domestica supponit, non ex juris Romani, sed propriis atque domesticis principiis (e) potissimum explicandam esse (f).

§. VI.

[e] Conf. quæ generatim de interpretatione juris Lubecensis cum Doctoribus ibi citatis eleganter commentatus est III. a WESTPHALEN in *D. de Orig. & fon. lib. Juris Lubeo.* §. 14. add. III. BOEHMER. cit. *Diff. §. 8. &c. 9.*  
[f] Quo ipso tamen absit, ut sententia III. LEYSERI §. 5. alleg. in tantum contradicam, inquit nomini viri, cuius insignia in jurisprudentiam merita admodum suspicio, admirandum

ingenii acumen & vasta eruditio-  
nis soliditatem adeo sim injurius, ut ea, quæ in hac lypo defendi, vel plane supine neglexisse assertam, vel omnem juris Romani in hac materia usum in totum pernegem, cum potius id faltem assertum velim, pro primaria fonte non habendas esse juris Romani de societate regulas, quas tamen earenus in subsidium vocandas admitto, quatenus in hoc illo ye capite exacta

## §. VI.

Accedit generali huic principio, quod non minima etiam inter contractum societatis bonorum, jure communii determinatum, & nostram communionem legalem intercedat inaequalitas in variis obvia circumstantiis. Sicuti v. gr. intuitu bonorum post contractam deinem societatem acquisitorum in eo differunt, quod, licet bona tempore initæ societatis existentia statim ipso jure sine speciali traditione socii fiant communia, idem tamen promiscue de bonis postea a singulis sociis acquisitis dici nequeat, quippe quarum communio per traditionem, societatis judicio procurandam, deinem inducitur (a). Id quod autem in Lubecensi conjugali bonorum communione secus esse, ex allegatis in spho IV appareat. Quemadmodum & ipsi societati conventionali in sensu juris Romani accepta hæc Statuto Lubecensi (b) peculiaris indoles superaddita, ut etiam post acquisitorum dominium ipso jure inter socios reddatur commune. Sic porro, ne quid de singularibus condominiis in communione bonorum effectibus anticipem, ad statum saltem personarum, quæ in conjugali societate bonorum socios constituant, provoco admodum inaequalem, vi cuius, salvo ubique æquali condomini jure, longe tamen potiora marito, vi maritalis imperii & juris administrandi, in bonis communibus jura competit, quæ jus communionis intuitu uxoris, quoad exercitium, durante matrimonio non parum restringunt, ut inde non possit non haec resultare inaequalitas a Romana societate exorbitans, ut plenarius communionis effectus vix prius, ac soluo deinem matrimonio mediante portione statutaria (c), vel ad

B 2

sum-

Maxime cum  
utraque soci-  
etas diversi-  
mode etiam  
ab invicem  
differat.

inter societatem illam & no-  
stram communionem bonorum  
adest æqualitas, & decisio causa  
ex generali saltem societatis in-  
dole, absque respectu ad peculia-  
res cuilibet societati proprias ra-  
tiones habito, desumenda est.  
(a) l. 74 ff. pro Socio, add. ME-  
VIUM ad Jus Lubec, L. III. Tit,

IX. a. s. n. 22. HUBER Præl.  
ad Inst. Tit. de societ. §. 2.

[b] all. Lib III. Tit. 9. art. 5. &  
MEV. c. 1.

(c) Quorū digirū intendit  
GÆRTN, in D. Lips de distinc<sup>o</sup>  
jur. Rom. int. dotem & paragber-  
na §. 5. in fa

## XII DE CONCURSU CONJUG. AD SOLV. A&S ALIEN.

summuin circa caput ex solvendi e communib[us] bonis æris alieni, in uxorem redundare videatur. Quæ pluraque alia cum nostram inter conjuges communionem conventionali Romanorum societati discrimine haud exiguo reddant dissimilem, sua inde sponte fluit, non omnino ad eandem juris Romani doctrinas de societate accommodari posse. Quemadmodum & ipsum Jus Lubecense (d) per distinctam societatis conventionalis & communionis bonorum denominationem, qua priore a posteriori expresse discernit, societatis jura promiscue atque per omnia communioni conjugal non congruere, haud obscure innuit. Quibus aliisque argumentis suo iam tempore Dn. ME VIUS (e) fuit inductus, ut jura communionis bonorum e juribus societatis haud simpliciter derivanda, illam potius societatem maxime impropiam atque anomalam esse, nec omnes veræ societatis effectus, sed eos tantum operari, quos statutum vel inveterata consuetudo eidem tribuit, vel qui hinc etiam necessario sunt conlectarii, defendendum in se suscepit, simulque illationem a principiis & conlectariis iure communi circa societas stabilitis ad nostram connubialem bonorum societatem, juri communi incognitam, plane judicaverit vitiosam. (f) Quanquam tamen, an illustris commentator hanc, quam ipse sibi dixit, legem in decidendis controversiis semper oculis habuerit obversantem, merito dubito, cum Commentarii ipsius inspectio, Auctorem subinde ab hac lege recessisse, & juris Romani amori minium fere induluisse, hinc inde frequens præbeat testimonium. (g)

§. VII.

(d) L. III. Tit. IX. art. 5.

(e) In Comment. ad J. Lub. L I. T. V. art. 5. num. 29. 29. *&* pasim.

(f) Quan sententiam cum MEVIO amplexi sunt ABR. a WESSEL de connub. honor societ. C 3. n 52. HOFFMANN de commun. honor. conj. §. 2. VOOGT all.

Diff. §. 18. Kleibert all. Diff. §. 17. & qui primo loco nominandus erat Excellent. Dn. Dir. NETTEBLADT in eis Diff. de Port. statut. Lubec. C. III. §. 10. & reliqui.

(g) Add. III WESTPHAL cit. D. de Orig. *&* font. Jur. Lub. io Proem. §. 4.

## §. VII.

Quibus prælibatis, quænam in hac æris alieni conjugalis materia iusta atque genuina constitui debeant principia, quinam se-  
ligendi sint fontes, & quæ decisionum norma, ea de re tribus, etum solu-  
utio-  
ur ajunt, verbis, quæ inibi mens resideat, exponam. Primo  
quidem loco, num de obveniente casu expressa ad sui statuti dispo-  
nisiæ, aut talis ad minimum, e qua per justam atque necessariam  
consequentiam ad casum controversum duci potest argumentum,  
dispiciendum esse, hujusmodi vero dispositione deficiente, ad na-  
turam atque indolem peculiarem communionis bonorum, (ceu pia ostendun-  
genuinum fontem & universale aliquod juris universalis Germani-  
cæ tantum non continua nec unquam interrupta consuetudine  
ad nostra tempora cum suis conclusionibus diversimode licet pro-  
pagatum statutoque Lubecensi & agnitum & stabilitum principium  
legale) recurrentum & ex iis, quid per circumspectam ad specia-  
les casus & communionis effectus applicationem, circumstantiis  
concomitantibus probe attentis, fluat, eliciendum, præterea vero,  
quid analogæ Juris Lubecensis & variarum ejus decisionum, in  
unum alterumve generale axioma conspirantium, harmoniæ con-  
gruum sit, sedulo indagandum, quin nec ea, quæ affinia munici-  
piorum jura concordi quadam harmonia determinarunt, negli-  
genda, in primis autem quid consuetudinarius civium usus pro-  
baverit, omni follicitudine investigandum, & his demum omni-  
bus nil quicquam solaminis præstabilitibus ad universalia juris com-  
munis principia, servata tamen, quam opere 6. in not. indigitavi,  
cautione, in vicem ultimi refugii recurrentum esse existimo.

## §. VIII.

Normam proinde, quam ipse sequendam constitui, ne  
primus derelinquere videat atque negligere, quædam adhuc, videntur in in-  
quæ genuinam communionis bonorum inter conjuges Lubecen-  
ses receptæ indolem concernunt, adjicienda erunt. Hanc autem speciali com-  
muni. bon.  
suppeditata definitio supra opere I. jam preoccupatam, juxta  
quam ius esse tradidi, vi cuius universa utriusque conjugis bona  
vestiganda  
indole; quæ  
B 3 ad

## XIV DE CONGVRSV CONJVG. AD SOLV. AES ALIEN.

*ad utrumque conjugum in solidum aequali jure pertinent, eadem ut constante matrimonio tanquam unum aliquod & indivisum patrimonium ab unoque posideantur, soluto autem matrimonii vinculo atque pro diviso censeantur communia (a); uberior nunc & sigillatum, quatenus meo inservit scopo, illufrare juvabit ex eo, quod*

**¶] consum-  
mato demum  
matrim. in-  
cipit,**

*I.) non nisi perfecte denum per conubialis thalami consensionem consummato legitimo alioquin matrimonio eadem nascatur. (b) E quo principio per necessariam illationem concludo, quod effectus ex communione bonorum resultantes, non nisi existente communione, tanquam causa sua, locum habeant, eaque propter intuitu termini a quo ad initium communionis sint restringendi.*

## §. IX.

*Quoad bona, quæ communionis sunt objectum, supra spacio omnia omni-  
nino & qui-  
dem  
3] utriusque licet III.] utriusque conjugis bona mutua communioni esse ob-  
conjugis re-  
ciproce, com-  
pletitur bo-  
na, atque  
4] jamjam fuit obseruatum, II.] omnia omnino conjugum bona  
sub eadem comprehendendi, imo vero dilucidationis causa addere  
noxia (a), adeoque hanc non ad solas res uxorias, ac si in his fo-  
lumpido soli marito jus communionis competit, eodemque utor  
reciproce in maritalibus bonis non gaudeat, restringendam esse (b).  
Quomodo enim, queso, juxta juris nostri (c) principia utor fu-  
perfites demortuo marito bona communia, pro capienda portione  
statutaria, dividere dici posset, nisi ante hoc tempus subsecutæ  
mortis*

(a) Consent, HEINECC. El. jur.  
*Germ. L. I. T. XII. §. 285.*

(b) Prae aliis hoc axioma corroboran-  
tibus conferri veretur sepe  
laudata Diff. NETTELBLADT.  
*de port. conj. statut. p. 66. &  
mult. seqq.*

(c) vid STEIN. all. L. §. 113. & 116.  
ubi ex indefinitis illis loquacio-  
nibus Jure Lubec. P. I. T. 5 a. 6.  
P. II. T. 2. a. 28. & alibi obviis,  
de mariti & que ac uxoris illatis

adhibitis, ad reciprocum commu-  
nionem recte concludit.

(b) Qua in heresi circa iura mari-  
torum prarogativa nimis forte  
largum fere exhibet GÆRTNE-  
RUS. Diff. §. 5. inf. non sa-  
tis caute ipsum jus ab effectibus  
suis eorumve actuali exercicio  
discernens.

(c) *Jus Lub. L. II. T. 2. a. 3. &  
alibi passim.*

mortis mariti pro indiviso eadem possedisset? Qua ratione vidua cum liberis superflitibus in communione remanere posset, (d) nisi bona mariti & parentis, cuius personam repräsentant liberi successores, ipsius ante obitum conjugi nunc viduae jam fuissent communia? Qua æquitatis specie, nisi mutuam statuas vivo adhuc utroque conjugi communionem, viduae defuncto marito superflitis necessitas imponeretur, hæreditates, legata atque donata, quæ eidem post mortem prædefuncti conjugis obveniunt, in communium bonorum massam redigendi, cumque liberis dividendi(e). Et quæ sunt alia haud obscura reciprocæ communionis argumenta: Quibus varia Provinciarum iura specialia adspicuntur, quæ utrumque conjugem & in æquali compositione constituant, (f) & bona utriusque ad utrumque referunt (g) & utrumque æquilibus instructum opibus afferunt (h) & maritum æque ac uxorem separatum patrimonium habere negant (i) & sic porro.

## §. X.

Ulterius legalis hujus communionis indoles in eo quam maxime sese exserit, ut IV.) mariti æque ac uxorius patrimonium, quod ad alterutrum antehac seorsim spectavit, adeo inseparabiliter invicem sit confusum atque commixtum, ut utrique conjugi tam dominium quam possessio in bonis communib[us] competit, ipsoque jure acquiratur in solidum & pro indiviso, ut, quod unius antea fuit separatum, nunc sit alterius quoque, absque ulla diversitat[is] patrimonii respectu, absque omni distincti cuiusdam vel restricti dominii conceptu (j).

<sup>41</sup> in unum  
confundit  
patrimoni-  
um.

## §. XI.

(d) Juxta *Jus Lub.* L. II. Tit. 1.  
art. 1.

(e) Juxta *Jus Lubeck.* L. II. Tit. 2.  
art. 16.

(f) *Jus Saxon.* Prov. L. I. art. 45.

(g) *Statut. Brem.* P. III. T. 3. §. 1.

(h) Quod infert paromia Schles-  
wicensium: Wenn die Decke über

den Kopf ist, sind die Eheleute  
gleich reich.

(i) *Jus Saxon.* Prov. L. I. art. 32.

(a) Eandem mentem exprimunt,  
concisis quidem verbis, sed acu-  
te ac eleganter in compendio

tradita a VERACIO in *Consuetud.*  
*Bamberg.* P. II. qu. 1, seqq. apud

## XVI DE CONCURSU CONJUG. AD SOLV. AES ALIEN.

### §. XI.

Quamvis 5] tamen potio-  
ra sint jura  
mariti.

Quæ quamvis ita seſe habeant, variosque producant effe-  
ctus, quorum nonnullos circa alienationem cernere licet, probe  
tamen superiorius ḥpho 6. adducta hic in censuſ sunt revocanda,  
quod nimurum V) æqualis iſtius condominii actuale exercitium  
magis conficiatur in perfona mariti, quam uxoris, cui ſiquidem  
cura atque potestas maritalis ius adminiſtrandi atque dirigidendi(a)  
atque hujus ope longe eminentiori gradu liberiorem tribuit dis-  
ponendi facultatem, qua-uxor, ſalvo ceteroquin ipſo condominii  
jure, ut plurimum eſt defiſta: Cuius rei non ſpernendi ſunt  
effectus, circa caput æris alieni non adeo facile ab uxore, quam  
quidem marito, contrahendi, obvii; quod iſpum & anſam de-  
diſſe exiſtimo Lubecenſium Statutorum compilatoribus, ut unice  
ferre de marito debitore, nec adeo clare de debitis ab uxore con-  
tractis, loqui videantur, quod & ſeducere facile potuit incautos,  
ut aliena atque incongrua de mutua bonorum communione ac  
ſolvendo ex illis utriusque conjugis debito foverint principia.

### §. XII.

Ex hac itaque  
oritur fun-  
damentum  
communio-  
nis æris alieni  
inter conju-  
ges.

Ex aſſerto in ḥpho 10. principio non potest non vel ſua  
ſponte ſequi, ob factam bonorum utriusque conjugis commix-  
tionem, vi cuius in unam aliquam maſſam coaluſſe cenſentur,  
onera, quæ forte unius conjugis patrimonio citra respectum  
communicationis ſeparati inhaerent, jam & alterius patrimonio  
ipſo jure, ita poſtulante communicationis mixtique dominii indole,  
conjunctioni incumbere, cum omniſ separati patrimonii noſio  
hic

Dn. de LUDEWIG in Different.  
J. Rom. & Germ. de Success' Con-  
jug pag. 55. ſqq. Cuius de Bam-  
bergenſium moribus teſtimoniūm, ut nativæ atque puriori  
verè communicationis indoli exacte  
convenit, ita ad noſtrā, que  
Lubecenſi ſtatuto ſtabilitate, appri-  
mate quadrat, reſteque applicatur

a Consult. Dn. D. STEIN all. Tr.  
§. 130. add. ill. BOEHMER. in  
citat. Diff. paſſim.

(a) Conf. HEINECC. Jus Germ. L.  
I. T. 12. & in Diff. de marito Tu-  
tore uxoris legit. it. Dn. D. STEIN  
in der Abhandl. des Lüb. Rechts.  
L. I. T. 4. §. 88. &c.

**ANTE Nuptias AB ALTER. CONTRACT. XVII**

hic exulet, idque, quod uxor is est, sit etiam mariti & contra,  
adeoque onera etiam atque decrementa utrumque afficiant atque  
contingant.

**§. XIII.**

Non itaque mirum, arctissimam, quæ intercedit conjuges, Radicatum  
societatem eousque porrigi, ut debita ab alterutro conjugum in ipsa  
contracta censeantur onus, non tam personalem conjugis debito-  
ris ad solutionem æris alieni obligationem involvens, quam po-  
tius ipsum afficiens patrimonium, quod sicuti non amplius  
extat separatum, sed potius cum bonis alterius conjugis, qui  
debitum non contraxit, ita unitum atque permixtum, ut con-  
jugum quilibet unius hujus patrimonii dominus sit in soli-  
dum; Ita & indistincte exsolvendo æri alieno, cœteris paribus  
a quolibet cuncte conjugum conflato, inservire, adeoque per rei  
naturam alterius etiam non debitoris bona atque ac illius, qui  
contraxit, concurrere iisdemque ferendis oneribus obnoxia esse  
debeant. Sic itaque modo temperentur verba, Romanizantium  
(a) auribus non amplius adeo videri possunt inconcinnia tamque  
iniqua, quæ mutatis saltē verbis durius alias exprimuntur,  
quod nimurum uxor debita a marito contracta, & vice versa, ex  
illatis suis solvere teneatur; cum tamen, alterum alterius factio  
prægravari & citra consensum suum istius contractu obligari, imo  
bonis suis spoliari, primo quidem intuitu iis nimis videatur ini-  
quum, qui his aliis querelis & ejulationibus suam & produnt  
inseitiam, & naufragant detegunt juriū Germanicorum, ultra  
Romani juris placita vel quicquam probare, hæreſeos crimen forte  
reputantes.

C

§. XIV.

(a) De jure Romano res clara est  
atque conclamata veritas, uxo-  
rem pro marito intuitu æris alie-  
ni non obligari, quod & cum  
principiis suis circa naturam so-  
cieratis conjugalis & bonorum  
uxoris dotalium apprime cohæ-  
ret, Conf. ELARD. VEDELERI

*Diss. Franequer. de obligat. uxor.  
ob æs alien. mariti. Secus vero  
cum Germanorum comparata  
sunt matrimonia, atque longe alia  
bonorum uxoriorum indoles,  
non potest non diversus enati  
societatis conjugalis effectus.*

## XVIII DE CONC. CONJUG. AD SOLV. M<sup>E</sup>S ALIEN.

### §. XIV.

Quænam, ut  
ocum habe-  
at etis alieni  
de J. Lub. re-  
quirantur.

Fundamentis ita præstructis absque omni negotio perspicere  
at etis alieni statutarii sanctio, (a) que bona conjugum communia, ad expun-  
communio, gendum nomen ab alterutro contractum, mutuo obstringit,  
atque adeo reciprocum bonorum utriusque conjugis, ad solven-  
dum et alienum ab alterutro contractum, exigit concursum. Hæc  
vero dispositio (b) quo locum inveniat, haud abs ratione requi-  
ritur, ut 1] legitimæ communionis bonorum ad sint requisita, su-  
pra indigitata, quandoquidem his deficentibus, communionis  
etiam effectus cesserant, adeoque fundamentum mutuae obligatio-  
nis conjugum plane corruerat. Unde si vel ex pacto, vel ex vitio  
matrimonii, vel alia quavis ex causa cum conjuge debitore bo-  
norum non adest communio, vel in genere, vel in specie ra-  
tione nonnullorum faltem bonorum, facile quoque patet, exu-  
llem etiam esse alterius conjugis ad solvenda alterius debita obli-  
gationem, pro diverso respectu aut in totum, aut in tantum; que  
omnia pro dignitate fuis exponere jam non vacat. (c) Porro  
2] ut matrimonium conjugis debitoris prole sit donatum, infor-  
conditionis sine qua non exigit statutum (d). Cui & omnino

CON-

(a) L. I. Tit. 5. art. 6. & 7. it. L.  
III. T. I. art. 10.

(b) De cuius æquitate quicquam  
iis addere, que dudum conges-  
sit MEVIUS ad art. 5. cit. Tr. 5.  
L. I. n. 10. COCCEJUS in Dif-  
de successi. Jur. Lubec. STEIN.  
c. I. §. 112. aliquie, mei jam non  
est instituti, cui potius disposi-  
tionem in vulgo notam princi-  
pii loco tuto supponere licebit.  
Nec ex adverso occasione art. 10.  
T. I. L. III. Jur. Lub. de rigore  
sanctionis nostræ dicam, que  
uxorem, excitato a marito Cre-

ditorum concursu, eo redigit  
miseria, eadem ut, relictis bonis  
omnibus, solo quotidiano ambi-  
etu induita, veluti coluber deposi-  
tis exuvias domo egredi (at quam  
flebilis exitus) debeat, cuius ri-  
goris vestigia ex aliorum loco-  
rum moribus extant adducta in  
J. H. KLEIBERT D. de prim.  
commun. bon. effect. §. 12.  
(c) vid. MEV. Resp. II. ad Jas Lub.

(d) L. I. Tit. V. a. 5. & 7. & L.  
III. T. I. a. 9. Conf. Dn. STEIN  
c. Tr. §. 133. sgg. ubi in rationem  
singularis hujus dispositionis, que

convenit, ne 3) coniugis tum amplius ad alterius debita exsolvenda adstringatur, si pro Creditorum satisfactiōne bona omnia communia jam semel cesserit iisdem, vel communionem bonorum, quantum de jure licet, per tempestivam renunciationem quoad in futurum acquirenda legitime revocaverit, atque sic bona postea forte acquifita nexui communionis cum marito numquam submiferit, ut inde horum intuitu a communione aeris alieni immunis esse queat (e). Et que sunt reliqua.

## §. XV.

Generatum proinde & in regula certissimum juris Lubencis est principium, quod res alienum ab alterutro conjugum contractum ex communibus utriusque conjugis bonis sit exsolvendum, (a) cuius ratio non in sola statuti dispositione collocanda, sed potius seu conclusio quicquidam & naturalis sequela communionis bonorum est consideranda, ipsa ad stipulante æquitate, cui non potest non consentaneum esse, ut sicuti æquale jus utriusque in bonis communibus conjugi competit, idemque utrique lucrum sperandum, ita etiam utrumque intuitu unius ejusdemque patrimonii idem prenat onus (b). In eo saltem cardo negotii versatur, ut bini ab invicem separentur casus, num scilicet res alienum, de cuius solutione queritur, durante demum s. constante matrimonio fuerit contractum: An vero a conjugi debitore jam ante initum cum praesenti conjugi matrimonium fuerit conflatum? Quia priorem casum res omnis in aprico est constituta, quod nimirum ad illiusmodi nomina expungenda, alterius

Præmissa di-  
stinctio-  
nē aeris alieni in  
id, quod ante  
& post nup-  
tias contra-  
ctum, status  
controversia  
formatur.

C 2 etiam

- fœcundam matrem in debiti beneficii vicem odio prosequi, improli autem sterilitatis premium statuere videtur, inquirit, quam peculiari comm. Acad. excusit Cl. DORNIUS *Jctus Kilon.*  
 (e) Conf. prae reliquis Dn. STEIN  
*all. I. §. 336. fqq. & §. 153. fqq.*  
 (a) Quod an principaliter fiat, an in subdandum demum, si coniug
- debitor creditoribus ex proprio ius satisfacere non posse? iam non investigabo, cum VOIGTIO *Dicit. §. 13.* quo cum ob diversitatem casuum non omnino consentit MEVIUS *P. I. T. V. a. 5. n. 58. fqq.* quem in partes suas citavit.
- (b) Add. MEV. *ad cit. art. 5. Tit. V. L. I. v. 1.*

## XX DE CONCURSU CONJVG. AD SOLV. JES ALIEN.

etiam conjugis bona cum conjuge debitore communicata concurrant; atque ex utriusque communii patrimonio creditoribus fit satisfaciendum: In casu autem posteriori, num scil. obligatio conjugis non debitoris ad ea etiam debita, quæ alter coniugus ante nuptias cum eodem initas jamjam contraxit, ex suis quoque facultatibus exsolvenda, sepe porrigit? non una JCtorum est sententia, nec ipsum jus Lubecense disertis verbis casum decidit, nec omnino confirant jura statutaria Germaniae, nec uniformis est judiciorum praxis. Hunc itaque casum ut excutiā solummodo, pro praesenti mei est instituti, cuius causa clarius expli-  
cavi atque præmisī, quæ subsequuntur præsupponenda.

### §. XVI.

An *es alien-*  
*num ab alter-*  
*utro conju-*  
*gum ante*  
*nuptias con-*  
*flatum ex*  
*communibus*  
*bonis solven-*  
*dum sit?* Affir-  
*mative deci-*  
*ditur.*

Quænam itaque de casu proposito mens mihi hæreat, se-  
positis aliorum opinionibus, statim exponere placet. Nimurum  
& genuinæ communionis bonorum indoli & analogiæ juris Lu-  
becensis, consonum existimo, ut communio æris alieni inter  
coniuges bonorum communione unitos coeteris paribus ad cuncta  
alterutrius debita sepe extendat, non adhibita distinctione, an  
durante matrimonio, an ante illud contractum, *es alienum* fue-  
rit conslatum. Qua in sententia, cui forte vel paulum invitatus  
subscriberem, praxis judiciorum me redditit confirmatiorem.

### §. XVII.

Cujus ratio-  
*nes desumtæ*  
1) ex indele  
*communis in*  
*alterius bona*  
*domini.*

Rationes autem, quibus ad tuendum hocce assertum com-  
motus fui, paucis repræsentabo sequentes: Est illa ipsa communio  
æris alieni 1] sine dubio fundata atque, ut dicam, radicata in  
mutua bonorum conjugalium communione, hac autem quam  
arcto vinculo comprehendat: utriusque conjugis patrimonium,  
supra eo jam declaravi, id ipsum ut non pro diverso, non distin-  
gio, non separato, sed plane unito, commixto, atque plenis-  
ime utrique aque communii sit habendum, cuius dominium  
utrique tanquam unum idemque competit in solidum. Sicuti  
itaque propriæ conjugis debitoris facultates recipiunt onus pre-  
standæ:

standæ ex iis Creditoribus satisfactionis, ita ea etiam bona, quæ per communicationem v. gr. uxoris, in commune v. g. mariti debitoris transierunt dominium, virtute ejusdem dominii oneri æris alieni æque bene censenda sunt obnoxia atque subjecta, ita ut etiam ex iis Creditoribus æque solutio præstanda, ac si propriæ debitoris essent facultates, quæ solitarie adhuc & separatim existenter unionis cum alieno patrimonio, in quam per connubium coaluere, omnino expertes. Nulla hic solutionis necessitas pendet a tempore, quo æ alienum conflatum, nullus ad conditionem conjugis debitoris, quam tempore debiti contracti sustinuit, solvendi necessitatem variat respectus, sed quo usque per rei naturam ex bonis debitoris spes solutionis adest, eousque bona debitoris, five sibi soli habeat eorum dominium, five societatis jure id ipsum comparaverit, expungendis nominibus inserviunt. Hæc propterea obligatio, hocce onus, cum adeo sint generalia, ut per diversum comparandi dominii bonorum & modum & tempus non immutentur, bona conjugum potius in genere utriusque in solidum subsint dominio iisque oneribus, quæ in bonis in dominio conjugis debitoris existentibus præstanda sunt; Sequitur inde, ut ex inde communionis necessitas atque obligatio solvendi debita, ab alterutro conjugi contracta, temporis contractus nullum admittant respectum, sed unice in ipsa obligatione personæ, ope bonorum explenda, subsistant, non attento, an persona debitrix ante, quam præsentium bonorum consequita est dominium, (id quod tempore contracti matrimonii factum,) jam fuerit obligata, num minus (a)

C 3:

eundem

(a) Eundem in modum recte sime calculum subduxit atque ex universalis hujus communionis in dolo indistinctam ad solvenda al serius conjugis debita obligatio nem temporis rationi non ad strictam derivavit: LAMBERTUS GORISIUS, cujus qua

hanc in rem extant verba, apud BOEHMERUM in D. de commun. ær. alien. int. conjug. Hamburg. §. 20: legi omnino atque ponderari merentur. Add, que ex VERACII Confuet. Bamberg. adduxit LUDEVIGIUS in Diff. supra §. 10. all. p. 55.

## XXII DE CONC. CONJUG. AD SOLV. M<sup>E</sup>S ALIEN.

eundem fere in modum, quemadmodum in persona non conjugata debente, nemo unquam sine absurditatis metu præcisæ necessitatis esse statuit, ut bona, quæ ad debitorem spectant, & e quibus solutionem parat, jam tum tempore celebrati contractus mutui in ipsius extiterint patrimonio.

## §. XVIII.

2) Ex relativa  
utriusque  
conjugis par-  
cipiatione  
lucrī & damni.

Quemadmodum vero ipsa statuti nostri ratio, quæ unius conjugis bona pro debitis alterius obstringit, & in bonorum communione est collocanda, eadem semper permanet, sive ante sive post nuptias conflatum fuerit æs alienum, ideoque utroque in casu absque distinctione est obligatoria; ita certe huic ex ratione legis, juxta rigorem considerata, desunto decidendi fundamento aliud 2] ex eodem principio, æquitati etiam suffulto, accedit argumentum, cuius summa itidem ad communionem recurrat bonorum, que sine dubio omnino modum postulat & lucri & damni participationem. Conjux vero uti, existentibus liberis, in capienda portione statutaria e bonis alterius conjugis, non habita ratione, num ante nun post contractum denum matrimonium sint acquisita, suam percipiens ratam lucrum aliquid caput, ita & æquitati maxime consonum erit, ut eodem ex fundamento, quod commoda ipsi tribuit, onerum etiam atque dannorum eodem modo, absque respectu temporis, suam recipiat sustineatque partem. Etenim quin damnum atque lucrum, onera atque emolumenta, correlationis nexu sint conjuncta, dubitandi nullam admittit causam; Correlatorum autem eandem esse rationem, itidem indubia est veritatis. Qua flante hypothesi, ea quoque debita, quæ alteruter conjugum ante nuptias jamjam contraxit, sub alterius conjugis obligatione, ad eadem e communibus bonis exfolvenda, ipso jure comprehendi, ex natura correlatorum prono sequi videtur alveo. Ut inde non sine æquitatis ratione ad conjuges Lubecenses applicare liceat illud juris Leodiensis axioma: *qui epouse femme, epouse ses dertes*, & vice versa.

## §. XIX.

## §. XIX.

Promiscua ergo conjugum obligatio, ad expungenda alterius nomina tendens, cum ipsi jam satis conveniat societati conjugalii atque in communionis bonorum genuina indeole sit fundata, quid mirum, quod 3] Statutum Lubecense hunc communionis effectum diserte comprobans nullam requirat distinctionem inter debita durante conjugio & ante illud contracta, potius generatim universalem constituat scribatque legem, quod  $\alpha\sigma$  alienum e communibus utriusque conjugis bonis sit refundendum, a qua certe nullib[us] excepta reperimus debita, ante nuptias uni alterive propria; Ejusmodi exceptionem totidem, in quibus hujus rei mentione fit, juris Lubec. dispositiones haudquam admittunt. Sin itaque probationi per brocardica aliquid hic indulgendum, pro stabilienda fententia mea militabit omnino, quod, ubi ipsa lex non distinguit, nec nostrum sit aliquam effingendi distinctionem: quod utique non incongrue hic applicari poterit, cum aliæ præterea majoris ponderis rationes ante adductæ canonem juridicum, cum cautione alioquin usurpandum, non parum suffulciant.

3) Ex generali  
Statuti dispositi-  
fatione.

## §. XX.

Argumentis pro firmando fententia hactenus defensa colligendis occupatum meminisse juvabit normæ, circa decisionem ejus sp[iritu] 7. commendatæ, qua id etiam, quid analogiæ juris Lubecensis variarumque decisionum, in generale aliquod principium conspirantium, harmoniæ congruum sit, indagare jubet. Hujus intuitu varia sece offerunt momenta, e quibus adduci meretur 4] 4) Analogia  
dispositio Statuti Lubec. Parte III. Tit. I. art. 10. obvia, qua con-  
stitutum, ut vidua obserati debitoris, receptis Curatoribus intra sex  
menses domo bonisque cedat, tunica saltem & mediocri palla  
(einen Rock und Hütchen) retenta. Quod titulus iste jura recen-  
seat & uxoris & creditorum, qua prælatione, quibusve privilegiis  
gaudeant, marito concursum excitante, inspectio docebit. Ad-  
modum igitur vero simile est, quod, si ex intentione Legislatorum  
debitoris conjugi jus quoddam prælationis & immunitas aliqua ab  
obligatione

juris Lubec.  
& in sp. L. III.  
T. I. art. 10.

## XXIV DE CONC. CONJUG. AD SOLV. A&E ALIEN.

obligatione communionis æris alieni ante nuptias contracti tribuenda forent, præfenti maximeque convenienti loco idipsum non fuisset negle<sup>c</sup>tum, nec in genere atque indistincte uxor ad relinquenda creditoribus bona, quotquot adsunt, omnia, in præjudicium juris retentionis, ipsi alioquin indulgendi, condemnata fuisset. Quod cum nihilominus factum, indicio est, nullam fingendam esse debitorum distinctionem, utrum durante matrimonio, num v. ante illius consummationem conjux defunctus ære alieno fuerit oneratus. Nec minus 5] hujus sententia præsidium aliquid inventire licet in *Libri I. Tit. V. articulo 7*, qui ad obligationem conjugis concurrendi ad alterius debita, non aliud quicquam exigit, quam ut conjugium prole donatum, debitum autem legali modo ad liquidum si deditum. Innuuit specifica hæc determinatio requisitorum, quæ adesse oportet in conjugi, cui necessitas incumbit, ex suis etiam in communionem illatis alterius debitorum solutionem prestandi, quod alia adhuc, enumeratis adversa potius, quam omissa, non requirantur, adeoque, ut debita præcise constante matrimonio sint contracta, nullius fit necessitatis.

## §. XXI.

Eadem Statuti analogia 6] inferri posse videtur ex collatione articuli V & VII, in priori siquidem præscriptum extat, quo ordine vidua improlis defuncto marito ad perceptionem portionis statutariae admittatur, ut nimurum statim post obitum mariti, illata sua jure præcipui sibi vindicet atque recipiat, nec ex ære alieno mariti ullam fentiat gravationem, quippe quod præceptis demum illatis, ex proprio mariti patrimonio exsolvendum, idque omne, quod dum vixit, etiam constante matrimonio contraxit; hac autem facta solutione residuum modo legibus præscripto in vicem lucri statutarii dividatur. Id quod in articulo VII brevius repetitum extat. Inde itaque colligere licet, quod, cum in casu articuli Vti uxori, illata sua ea ex causa tanquam præcipuum aliquod repeterere possit, quia matrimonium prole non fuit datum, *acque illatis non inhæret onus æris alieni maritalis, e contra uxori parenz,*

&  
¶ collatione ex  
art. 7. Tit. 5.  
Lib. I.

item  
6] collatione  
cit. art. 7. & 5.  
¶. Tit.

parens, cui illatis non existentibus ob matrimonium prole secundum quicquam recipere integrum non est, ante quam ex bonis per matrimonium in communionem redactis sibi soli quicquam adscribere atque percipere possit, prius omne etiam alatum deduci permittere teneatur, quod aliquin, si prolem ex matrimonio non suscepisset, ex bonis mariti ante perceptionem portionis statutariae exsolendum fuisset. Hujus autem in classem cum etiam referantur debita ante matrimonium contracta, (uti loquutio art. 5. bey seinem Leben innuit) vero admodum est simile, hinc etiam debitibus prægravari conjugem ex suis etiam illatis conjunctim extinguendis. Huic inductioni ut vim quandam tribuam, eo minus dubito, quod 7] aliud eidem accedit adminiculum ex vetero exemplari juris Lubecensis (a), editione KOLLII non incelebri, in cuius *articulo 61* verba, qua dispositionem paulo ante allegata articuli *Vii* representant, ita sunt concepta: Nimmer ein Mann tho Echte eine Wedewe esse Jungfrouwe, und sterret de Mann forts darna, dat de Frouwe nene Kinder von einer hefft, wat de Mann schuldich was, ehr he se nahm, dat schall der Frouwen nicht hindern, men se schall genzlichen wedder nehnien, wat si tho dem Mann brachte. Hujus articuli tenor dum eo recurrit, ut vidua improlis illata sua e defuncti mariti bonis relictis recipere non impediatur per debita, ante nuptias a marito contracta; Apprime omnino per argumentationem ad casum contrarium inde evinci potest, quod uxor, prole ditata, debitis a marito ante matrimonium contractis, omnino impediatur, quo minus illata sua recipiat integra, ad extingvenda potius debita mariti una cum proprio ipsius patrimonio conferenda. (b)

D

§. XXII.

(a) Parum abest, quin argumentum ex veteriori hoc Codice desumptum praxin Civitatum Pomeraniae, sententia meæ ut plurimum conformem, non minimum stabiluisse sublumam; has siquidem diu jam ante edita hodierna sta-

mentatione 8] Ex argu.  
Kolliana jur.  
Lubec. para-  
phasi

entia Lubec. revisa jure Lubeceno  
si usas fuisse certo constat, vid.  
Celeberr. Dn. Profess. H. H.  
ENGELBRECHT Academi no-  
stra p. r. Rectoris Magnifici Deli-  
near. Status Pomer. p. 216.  
(b) Eorum, qui KOLLIANÆ Juri

## XXVIII DE CONCURSU CONJUG. AD SOLV. AES ALIEN.

8] E praxi  
Lubecensi.

quibus  
9] accedit  
consensus  
JCtorum.

His denique aliisque pluribus pro stabilienda hypothesi nostra argumentis, quæ brevitatis studio jam adducere non placet, accedit 8] quotidiana praxis Lubecensis sententiam illam confirmans, teste KÖLINIO in *Diss. ad Tit. 2. L. II. jur Lub. de success. ab int̄st. inter H. COCCEJI Differ. Vol. I. p. 651.* ad quam ut in interpretandis Statutis advertam, & authentica & usualis ejusdem auctoritas svadent. Imo forte non difficile esset, aliorum Germaniae statutorum in idem principium consonantium consensum ostendendi, modo supervacanea non fore opera; Nominare jam sufficiat antiqua Hamburgensium statuta, quorum illustrationem illustri BÖHMERO acceptam ferimus. (\*)

## §. XXIII.

Nec defunt 9] inter curatores Juris Germanici & sigillatim Lubecensis interpretes, qui eam, quam propugnavi sententiam, suo comprobarunt assensu. Quorum in numerum quin MEVIUM etiam nostrum (a), quanquam sibimet ipsi non satis constare videatur, referam, non dubito (b). Præter hunc BÖHMERUM (c), COCCEJUM (d), LAUTERBACHIUM (e), STEINIUM (f), ENGAVIUM (g), WILLENBERGIUM (h), autores excitaſſe sufficiet.

## §. XXIV.

Lubec. editioni, monumento ab utilitate æque ac antiquitate commendando, justum statuere norunt prestitum, facile mihi calulum promitto, quemadmodum dum & ipse ducem sequiturus sum Consult. Dn. D. STEIN, in ſæpe laud. *Tract. L. I. T. V. §. 132.* not. \*\*\* junct. §. 127. Quia vero ob caritate in citato art. 61. *Kolli* contrarium plana reperire sibi vifus fuerit Dn. STEURNAGEL in *Memorab. Statut. Lubec. axi-* om 7. pag. 12. hactenus perspicere non valco.

(\*) Cujus dissert. de commun. er. al.

int. conjug. Hamburg. ſæpe jam landavi, quam conf. §. 21. ſqq.

(a) In *Comment. ad art. 7. Tit. 5. L. I. Jur. Lub. n. 28.* ♂ 31.

(b) Per ea quæ tradidic P. III. Dec. 124.

(c) ſæp. laud. *Diss. de comm. er. al. int. conjug.*

(d) *Ante alleg. Disc. c. I.*

(e) *Diss. de ære al. in societ. conjug.*

*confr. §. 10.*

(f) *Abhandlung des Lubſch. Rechte P. I. §. 132.*

(g) *Elem. Juris German. L. I. §. 379. num. 2. edit. noviss.*

(h) In *Diss. de Paſt. antenupt. §. 14.*

## ANTE NUPTIAS AB ALTER. CONTRACT. XXIX

### §. XXIV.

Majus aliquod momentum <sup>10]</sup> in usuali interpretatione, quæ ex exemplis & judicatis in praxi forensi obviis colligitur, col-  
locare licebit, nec enim arduæ foret difficultatis, varia in confe-  
ctum producenti judicata Civitatum Pomeranicarum, quæ jure  
Lubencensi utuntur, & in his sigillatim primaria Civitatis Sundensis  
æque ac Gryphiswaldensis, e quibus usualis interpretatio, huic  
meæ doctrinali plane consentiens, evinci, sive hypothesis illa  
per observantiam stabiliri omnino posset (a). At forensum  
rerum scrinia perforari, & judicata luc spectantia conquerere  
jam, hac quidem vice, non vacat. Et quis quæso eam sibi arro-  
garet oculorum caliginem, ut MEVII nostri, cuius hanc in rem  
& fidem & merita aliis relinquendo commendanda, satis claram non  
perspicceret testimonium, quod, cum munere Syndici Sundensis  
defungeretur, de continua observantia, distinctionem debitorum  
in matrimonialia & antenuptialia repudiante, posteritati relictum  
voluit (b). Quid est, quod apud eundem extat MEVIUM (c), hanc obser-  
vantiam diserte confirmanti. Quemadmodum & Illustrè Regium  
Dicasterium eidem observantia obveniente casu insistero lolet,  
testantibus sententiis in appellacionis instantia pronunciatis, e qui-  
bus unicum aliquod idque recentissimum adduco judicatum (d).

D 2

Nec,

(a) Imo nec Civitatum *Megapolita-*  
*narum*, quæ jure utuntur Luben-  
censi, ad stipulandum praxim pro-  
ducere, adeo fore difficile, quo  
nomine, ut ut constantem hanc  
praxim haud dixerim, inter alia  
novissimum aliquod prejudicium,  
in causa quadam Concur-  
sus creditorum Rostochiensis,  
allegare facile possem. Si-  
cure & aliud quoddam Civitatis  
Wismariensis in causa Concursus  
Hent. Hagens de 1715, d. 26.

Octobr. ejusdem argumenti ex-  
stat prejudicatum, cuius temporem  
e fragmentis Actorum, in h. c.  
qua Consult. Dn. D. Haselberg,  
Reipubl. Gryph. Synd. merit. as-  
servat, colligere licet.

(b) In Comm. ad J. L. L. I. Tit. 5.

Art. 7. n. 29. ¶ 31.

(c) P. III. Dec. 124. cuijung. Dec.

138 ¶ P. VI. Dec. 66.

(d) Hujus tenoris: In Sachen U-  
dam Schefflers (civis Tribusen-  
sis) Che. Frauen Intervenien-

<sup>10]</sup> E praxi  
Judiciorum  
Pomeranicae

Damst. mab  
multier sv  
447

### XXX DE CONCVRSV. CONJVG. AD SOLV. A&S ALIEN.

Nec, quin alia ejusdem tenoris in causis adhuc pendentibus subsequutura sint, iustitiae uniformiter (e) admittenda studium dubitare permittit.

Dubia quedam remissive refelluntur.

Fundamentis proinde non levis momenti cum superstructa sit sententia, quod conjuges, qui juri statutario Lubecensi sub sunt, invicem ad alterius & alterius communib[us] bonis, etiam si ante terminum communionis bonorum a quo fuerit conflatum, ceteris paribus exsolvendum teneri, eo minus e necessitate erit, dubia, que eidem obmoveri solent, prolixius discutiendi, haec siquidem, scubi quandoque ab immodiis brocardicorum atque axiomatum fautoribus sinistre applicantur, quin sepius, quo chartam plaustrum instar onerat, conglomerantur, eo recurrunt omnia, ut vel intempestivam jactent misericordiam, ac de iniunctate extensio statuti interpretationis conquerantur, vel flosculis etiam horrissono artificio compositis sententiam nostram juris Romani auctoritati adversam accusent; quibus aliisque ejusdem farinae dubiis LEYSERIANUM illud (a) associare, tanti nominis & dignitatis meri-

tin und Appellantin contra den Kaufmann zu Tribbeses Splethen, Interventen modo Appellantin in puncto Praferentie, ad Acta des legeren N. contra den ersten Che: Mann. Befl. in puncto emi-venditi, wird zu Rechte befinden und erkannt, daß da r. r. den Juri Lubecensi zu stimmg zu achten das eine beerbte Frau, auch die Schuld ihres Mannes, welche derselbe ante matrimonium gemacht, zu bezahlen gehalten; Solchem nach r. r. es pars bey deren Verabscheidung des Judicis a quo illi lassen sey r. r. B. N. W. Publ. Greifsw. d. 24 Dec. 1746, que sententia post modum in Restitutionis instantie

denuo confirmata, d. 13. Aprilis 1741.

(e) Praxis indigitam uniformem ex continua observantia, in summo appellat. Tribunal Wismar. & Reg. Dicasterio inde usque recepta, ac a Magnis. Senatu Lubecensi, consilio ejusdem obveniente casu desuper requisito, calculo suo atque assensi, praxis Lubecensi testante, comprobata, monumentis sive dignissimis corroborare possem, modo acta judicialia exquirendi atque commoda temporis ferre ratio, ac eadem extrare certissime novi.

(a) Cujus eoredit summa, ut cum conjugalis honorum communio ex regulis societatis universalis

meritis, imo vero ipsius argumenti ponderi, minus conveniens fore existimo. Priora passim jam tetigi, suoque levi admodum pondere ex præstribus hinc inde principiis deturbari facile poterunt, ut inde tñdiosa repetitione eadem recoquendi necessitate com mode supersedere liceat. Adeat, cui prætensa iniquitas intem perlivæ misericordia affectum excitat, *Decisionem Mevianam 124.*

**P. III.** & cerebrinam esse animadverteret. Recurrat, cui ex horribilis brocardorum flosculis mel fugere voluppe est, ad adducta in spho V, aliorumque scripta ibidem citata, seque iram in seniora jurum domesticorum placita præcipiti saltu evomisse confitebitur, nisi, præjudiciis practicis seu insitis notionibus innutritum esse, honori sibi ducere malit (b). Contraria tela querat, cui a priori sententia & artificio, Statuta Germanica ad Italorum normam accomodandi, vel latum ungvern recedere displicet, ante quam ejusdem soni in contrarium reperire licet axiomata, querat is,

D 3 quam-

It dijudicanda, hæc autem socios non nisi iis oneret debitis, quæ durante societate sunt contracta p. l. 27. ff. pro socio, conjux inde ad solvendum æs alienum ab altero ante conjugium conflatum non concurrit, sed ad id tantum, quod constante matrimonio est contractum. *Conf. Meditat. ad ff. spez. 184. med. 7. & 8.* Sicuti autem jam supra §. 5. in fin. mentena meam declaravi, quod scil. Lubecensis bonorum conjugalium communio regulas societatis Romanae pro norma vix agnoscat: Ita certe ex ipso Responso *Leysiana* meditationi adjecto appareat, 1) Illustrum Autorem de Zerbsteni statuto hic loqui, hujus autem verba 2) que casum præsentem respi-

ciunt, contrariam decisionem hanc obscurè postulare, cui 3) alii aliunde conquisitus rationibus subvenire saltem voluerunt. **Jll. LEYSERUS, MEVIANÆ** forte auctoritati suo etiam calculo pondus aliquod conciliatus, quamquam minus caute ad assertum *MEVII* ad ff. Lub. P. III. T. I. art. 10. n. 80. quod quippe ad casum, de quo queritur, plane non quadrat, idem provocaverit. Ut proinde celeberr. hunc Jctum non tam erroris incusare, quam potius, ad Jus Lubecense ejusque genuinam rationem pro rerum circumstantiis non reflexisse, contendam.

(b) Add. *GASSERI D. de brocard. Statuta ex jure comm. interpret. eff.*

## XXXII DE CONC. CONJUG. AD SOLV. MÆS ALIEN.

quainvis non explicite, implicite tamen in spacio XVIII & XIX,  
item apud COTHMANNUM Vol. IV. Rep. II. n. 95. & alibi,  
suoque quod sapiat palato reperiet. Ego vero hujusmodi quis-  
quiliis non amplius immorabor.

### §. XXVI.

**Asserta obli-** Generatum itaque dogma illud Juris Lubecensis, quod haec-  
gatio ad solitus propugnavi, firmo innititur talo; Annon autem limitatio-  
vendum mæs nem illud admittat in debitis, quæ ab uxore ante conjugium  
alienum a. n. consummatum sunt contracta? non tam excutiendum, quam  
c. maritum paucis saltem attingendum erit. Nullus certe dubito, quin, juxta  
principia superius præstabilita, idem omnino juris circa debita  
obtineat uxoria, quo debita mariti gaudent, atque cum eadem  
in utrisque adsit ratio, in communione bonorum fundata, mar-  
itus etiam reciproce ad uxoria debita concurrere teneatur (a).  
De ære alieno, quod constante matrimonio contraxit uxoris,  
sive in rei familiaris & oeconomicæ emolumentum, sive alio no-  
mine id fuerit factum, mihi nec sermo est, nec dissertationis  
scopus (b). Id saltem curo, quod de debitis ante matrimonium  
jam contractis queritur; Hæc autem, uti diversi sunt generis,  
alii quidem ab ipsa uxore ex negotiacione, vel quod fuerit mer-  
catrix, contractis, alii vero ex antecedenti adhuc matrimonio  
viduæ parentis derivandis: Ita quoad priora recte omnino sub-  
sequens maritus, modo proles ex hoc conjugio adsit, ceteraque  
non desint requisita, eo quod bona uxoris cum onere suscipit,  
juxta haec tenet deducta, ad istiusmodi nomina e communibus  
bonis expungenda obstringitur (c). Quod & de debitis posteriori  
in casu, quæ scil. a priori secundum conjugatæ nulliteris marito

pro-

(a) Cui sententie non obstantibus  
iis, quæ in contrarium differit  
MEVIUS ad cit. art. 7. num. 88.  
Igg. subscrifit Dn. STEIN all.  
Tr. §. 132. not. \*

(b) Conf. de his COCCEJ. all. D.  
Cap. 3.

(c) Quod & proprio jure & præxi  
ad stipulante defendunt MEVI-  
US ad cit. art. 7. in Addit. 2. ad  
num. 99 COCCEJUS c. I. & Dn.  
STEIN all. §. 132. & §. 137. Add.  
MEV. P. III. Dec. 138 junct. Dec.  
66. P. VI.

---

### ANTE Nuptias AB ALTER. CONTRACT. XXXIII

profiscuntur, (nisi, pro obtainenda ab his liberatione, vidua priori marito demortuo bona, quae cum eodem habuit communia, dereliquerit & mariti creditoribus cesserit omnia, adeoque nihil ex his ad secundum pervenerit maritum, quod commixtionem cum propriis ipsis bonis inferre posset,) ex iisdem dicendum est rationibus (d), quas uberiori excutere brevitatis studio hac vice supercedeo.


### §. XXVII.

E jurisprudentia denique cautelari commendanda forent **De cautelis  
remedia, quibus pro avertendo æris alieni onere prospicere at-**  
que cavere sibi possunt despontati, nuptialibus tredis accendendis  
occupati; Dicendum de separatione bonorum, de pactis ante-  
nuptialibus, & in quantum haec remedia avertendo oneri æris  
alieni sufficiant; Inquirendum, an præter haec alia adhuc sup-  
petant, quibus fraudibus, quas seculum nostrum frequentius  
agnoscit familiares, obviam ire possint & nupturientes & con-  
jugati. Sed dicta jampridem a MEVIO, VOIGTIO, aliis  
que pasim allegatis, tantum non in vulgus nota, recoquere nec  
placet nec vacat.

Filum potius abrumpo, & gratiam divinam, quæ qualia-  
cunque haec meditanti benignissime adfuit, devotissimo pectore  
devenor; Lectorem vero, ut conatus meos æqui  
bonique consulat, humanissime  
rogo.


(d) Id quod solidis argumentis evictum dedit **MEVIUS** cit. ad-  
dit. ad n. 99. & P. III, Dec. 138.  
sec non in **Responso Illo ad Jus** | Lubec. & in addit. ad art. 26.  
Tir. II, L. II. Add. Dn. G. A.  
CAROC, Anleit. sur Histor. des  
Lübch. Rechts p. 46. & 47.





X2424235





E. 25. num. 28. 1741/5  
DISQVISITIO JURIDICA

DE  
MUTUO  
CONJUGUM CONCURSU  
AD SOLVENDUM ÆS ALIENUM  
AB ALTERUTRO ANTE NUPTIAS  
CONFLATUM.

*Ad illustr. Art. VII. Tit. V. L. I. Statut. Lubecens.*

P. 399  
QVAM  
ADJUVANTE DEO  
CONSENTIENTE MAGNIF. JCTORUM ORDINE  
DIE AUGUST. A. MDCCXLI.  
PUBLICE VENTILANDAM PROPONUNT

PRAESES  
D. JOH. BRANDAN. ENGELBRECHT,  
REGII DICASTER. POMER. ADVOCAT.

ET  
RESPONDENS  
GEORG. CHRISTOPH. MAYER,  
GRYPHISW. POMER.

GRYPHISWALDIAE  
TYPIS HIERONYMI JOHANNIS STRUCKII  
REGIE ACAD. TYPOGR.

